

CURRENDA X.**A. D. 1864.****N. 4152 ex A. 1863 et N. 243 ex A. c.**

Dispensatio ab incestus impedimento nimis gravat jam Oratorum jam Intercessorum conscientiam ideoq. matrimonia inter incestuosos inunda dissuadeantur. &c.

Fornicationem et mœchationem grande coram Deo et Ecclesia esse flagitium, præcludereq. ingressum ad regnum cœlorum, quem Christianorum latet? Et rursus comixtionem cum consanguineis aut affinibus carnalem (incestum) inducere impedimentum matrimonii, ac privare partem jure, petendi debitum conjugale, quæ matrimonii fidem cum consanguineis aut affinibus in I et II gradu violare non verita... donec dispensatio a loci Ordinario obtineatur... imo in Diœcesi hujate constituere in I et II inclusive gradu casum reservatum, e tabulis publicis patet. Nihilominus tam fornicationes quam mœchationes (adulteria) et pro dolor etiam incestus augeri; imo non raro incestuosos vinculo matrimonii sese juncturos confugere ad Nos pro dispensatione Romæ quandoque exoperanda... quo in negotio molestiæ Nobis causantur, expensæ ob cursum postæ per Parisios, Marsiliam augentur, quinimo valor dispensationis ob juramentum injunctum periculo invaliditatis exponitur.

Quo magis hoc periculum innotescat, hic imprimendum disponimus et tenorem Brevis Apostolici, quo dispensatio discretioni Nostræ conceditur, et Resolutionis Nostræ, nec non juramenti formulam.

I. Indultum dispensationis Romanum ita exprimi solet:

„Dilecte Fili! salutem et Apostolicam Benedictionem. Oblata Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Sebastiani.... et Rosaliæ... mulieris, Tarnoviensis Diœcesis Petitio continebat, quod alias postquam dictus Sebastianus prædictæ Rosaliæ sororem germanam ad præsens defunctam in uxorem duxerat, Exponentes prædicti scientes, se Primo ex præmissis proveniente Affinitatis gradu invicem attingere. Non quidem peccandi data opera, ut crimine admissio hoc causa foret, Nos et Sedem Apostolicam ad misericordiam et gratiam erga ipsos faciliores reddendi, sed solum vesana libidine victi se carnaliter cognoverunt. Cum autem, sicut eadem Petitio perhibebat, gravia exorta sint scandala et si Matrimonium inter ipsos minime contraheretur, non solum dicta Rosalia graviter diffamata et innupta remaneret, gravioraque exinde ultro jam exorta orirentur scandala; verum etiam alia mala forent pertimescenda, cupiunt Exponentes prædicti, qui ut Ipsi asserunt, orthodoxæ Fidei cultores vere existunt et sub obedientia Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vivunt, vivereque et mori intendunt, invicem matrimonialiter copulari. Sed stante impedimento hujuscemodi, desiderium eorum hac in parte adimplere non possunt absque Sedis Apostolicæ Dispensatione. Ideo Nobis humiliter supplicare fecerunt Exponentes prædicti, ut eis in præmissis de Absolutionis beneficio et apostolica Dispensationis gratia providere de enigmata Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui salutem quaerimus cunctorum, et scandalis quantum eum Domino possumus libenter obviamus, ipsosque Exponentes, attentis extraordinariis circumstantiis Nobis notis, specialis gratiae favore prosequi volentes, nec non eorum quemlibet a quibusvis Excommunicationis et Interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum harum serie absolventes et absolutos fore censentes certiore tamen de praemissis notitiam non habentes, hujusmodi Supplicationibus inclinati Discretioni Tuae, de qua plurimam in Domino fiduciam habemus, per Praesentes comittimus et mandamus, quatenus *seposita per Te omni spe cujuscunque muneris aut praemii etiam sponte oblati, a quo Te omnino abstinere debeas, de praemissis Te diligenter informes, et si per informationem exactam a personis fide dignis, rite ac recte examinatis canonice habitam easdem preces veritate realiter ac omni mendacii et fraudis suspicione prorsus remota niti conspexeris, super quo Conscientia Tua graviter onerata remaneat, Exponentes praedictos, qui ut Ipsi etiam asserunt, pauperes et miserabiles existunt, ac ex suis labore et industria tantum vivunt, imprimis ab invicem separe, dein peracta ab Eis Sacramentali Confessione, si veniam a Te petierint humilliter, imposita eis pro modo culpaevi gravi poenitentia salutari, et recepto prius ab Eis Juramento, quod sub spe facilius habendae Dispensationis hujuscemodi Incestum hunc non commiserint, quodque talia deinceps nunquam committent, neque committentibus praestabunt auxilium, consilium vel favorem, ipsos ab Incestus reatu et Excommunicationis aliisque sententiis, censuris et poenis Ecclesiasticis et temporalibus tam a jure, quam ab homine contra similia perpetrantes, promulgatis, quas ipsi propterea incurrunt in utroque foro, imposita eis propter Incestum hujuscemodi arbitrio Tuo gravi poenitentia salutari, et quatenus contra dictos Exponentes causa super praemissis in judicium quoquomodo deducta fuerit, pariter judiciali Auctoritate Nostra hac vice dumtaxat absolvas in forma Ecclesiae consueta.*

Demum si Tibi expediens videbitur, quod *Dispensatio* hujuscemodi sit eis *concedenda*, neque *scandalum* sit ex ea oriturum, super quo etiam Conscientiam Tuam oneramus, cum eisdem Exponentibus ut postquam in *separatione* pollicita Arbitrio Tuo perseveraverint, et dummodo dicta Rosalia propter hoc rapta non fuerit, ipsique Exponentes *pauperes et miserabiles* existunt, ac ex suis *labore et industria* tantum *vivant* ac orthodoxae *Fidei cultores* vere existant et sub *obedientia Sanctae Romanae Ecclesiae vivant, vivereque et mori* intendant, ut petentes quod *Impedimento Primi* ex praemissis provenientis *Affinitatis Gradus* hujuscemodi ac *Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis caeterisque contrariis quibuscunque non obstantibus, Matrimonium* inter se publice, servata forma Concilii Tridentini contrahere, illudque in facie Ecclesiae solemnizare, ac in eo postmodum remanere libere ac licite valeant, Auctoritate Nostra pontificia ex gratia speciali *dispenses, Prolem* susceptam, si qua sit et suscipiendam exinde *legitimam discernendo*. Volumus autem quod si sprete Admonitione Nostra hujuscemodi aliquod muneris aut proemii occasione Absolutionis et Dispensationis praedictorum exigere aut recipere praesumpseris, Excommunicationis sententia tamdiu innodatus existas, donec a Sede pontificia Absolutionis beneficium per satisfactionem condignam merueris obtinere, et

nihilominus Absolutiones et Dispensationes a Te faciendae pro tunc nullius sint roboris vel momenti.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris. Die 1. Decembris MDCCCLXIII Pontificatus Nostri Anno Decimooctavo.“

II. Formula Resolutionis ita sonare solet:

„Considerando relationis tenorem Venerabilis Officii Parochialis de 14. Januarii 1864 animus Noster inducitur, Breve dispensationis a Dataria dto 1. Decembris 1863 cum Oratoribus: Sebastiano..... et Rosalia... primo affinitatis gradu sibi junctis, hisce executioni dandi, ita ut oratores præfati matrimonium legitime et *observata forma Concilii Tridentini* celebrare valeant, sequentibus tamen servatis conditionibus:

1. Prædicti Exponentes juxta formulam infra allatam juramentum coram Dilectione Tua emittant, additis præmissis monitionibus de perjurio ejusque sequelis.

2. Oratores ad S. Confessionem accedant, ubi si veniam petierint, et digni reperti fuerint, vi facultatis S. Curiae Romanæ hisce concessæ a reatu incestus commissi absolvantur et ab omnibus censuris, quibus sive de jure sive ab homine latis innodati essent, imposita eisdem prius poenitentia gravi et salutari nempe: quatenus *integrae vitae spatio quovis anno jejuniis quatuor temporum ergo quater per annum, praeter confessionem paschalem ad S. Confessionis tribunal et St. Eucharistiam accedant*, quin tamen incestus reatum iterato semper confiteri debeant; præterea operibus piis utpote jejuniis, orationibus, eleemosynis præstandis secundum facultatem incumbant. De cetero alia poenitentiae opera pro hoc confessionis casu a tenore peccatorum dependebunt, quæ pro arbitrio Confessarii erunt imponenda.

3. His peractis, oratoribus expresse declarandum est, eos pro foro externo ab impedimento absolutos esse, qua occasione salutare monitiones obtineant, de sponsione jurisjurandi sacramento obstricta servanda, ne unquam vel illi in posterum talis reatus culpam contrahant, neve aliis in similibus tristibus circumstantiis pro dispensatione obtinenda adjutorium aut auxilium præstent.

Dispensationis hujus litteræ in archivo reponantur, et libro copulatorum inserantur.“

Formula jurisjurandi a quovis oratore singillatim emittendo.

„Ja N. N. przysięgam P. Bogu wszechmogącemu i wszechwiedzącemu, żem nigdy celem łatwiejszego uzyskania dyspensy od Stolicy Apostolskiej grzechu cielesnego kaziradztwa nie popełnił (popełniła) ani na przyszłość nie popełnię, ani też nikomu do takiego występku doradzać, lub też już po dopełnieniu téj zbrodni winowajcom rady w uzyskaniu dyspensy w podobnych okolicznościach dodawać nie będę. Tak mi Boże dopomóż i wszyscy Święci.“

Ven. Clerus e præcedentibus abunde notitiam cepit de variis adjunctis, eisque difficultatibus, a quibus valor dispensationis dependet — curamque aget quavis occasione, ut Parochiani de servanda castitate, præprimis inter consanguineos et affines, e copula licita vel illicita factos; de difficultate consequendi dispensationem in I et II consang. vel affin. gradu. de juramento terrorem incutiente emittendo a singulo Oratorum, si incestus labe inodantur, de amissione juris petendi debitum conjugale, si quis matrimonii vinculo junctus non horreret perpetrare flagitium mœchationis cum

consanguinea vel affini in I et II gradu incl., de necessitate impetrandi dispensationem ab impedimento contracto per Confessarium ab Episcopo et acquirendi jus ad cohabitationem matrimonialem sive carnalem... amissum... instruantur caute.

Quoniam tristi edocemur experientia, juventutem in pagis quoq. haud debite colere castitatem, frequenterq. ante connubium implicari fornicariis laqueis.. virgines sub adpromissione futuri vinculi ad lapsum induci, saepe plures ab uno.. inde sub proclamationibus varias formari praetensiones.. hunc illumve sine virginitatis odore, sub maledictione a defloratis, et saepe post sacrilegam Confessionem et Communionem accedere ad Altare pro benedictione matrimoniali.... quanta enascuntur rationum momenta pro sedula ex hac parte instructione, eaq. cum prudentia pastorali, de sublimi nimirum virginitatis pretio, cui solum reservatur gratia sequendi Agnum.. simulque plenitudo matrimonialis seu sacramentalis sub copulatione benedictionis!! &c.

Tarnoviae die 22. Jan. 1864.

L. 1442.

**Wykaz Obligacyi indemnizacyjnych Galicyi zachodniej wylosowanych
30. kwiet. 1864.**

Według Obwieszczenia c. k. Dyrekyi funduszu indemnizacyjnego Krakow. z 30 Kw. r. b. **L. 1145.** następujące Obligacye wylosowano i do wypłaty przeznaczono:

I. Na 50 złr. Nr. 1057, 1097, 1657, 1785, 1794, 1857, 2088, 2192, 2201, und 3978.

II. Na 100 złr. Nr. 1853, 2243, 2506, 2510, 3779, 4588, 5398, 5409, 5943, 6117, 6172, 6298, 6424, 6459, 6499, 6601, 6621, 7007, 7094, 7290, 7464, 7525, 7532, 7832, 7871, 8992, 9090, 10133, 10152, 10464, 10788, 10966, 10988, 11073, 11246, 11297, 11375, 11515, 12043, 12277, 12544, 12760, 12834, 12872, 12893, 13193, 13285, 13303, 13443, 13543, 14133, 14456, 15424, 15773, 15926 und 15938,

III. Na 500 złr. Nr. 55, 99, 102, 126, 157, 164, 485, 526, 890, 918, 1007, 1703, 1817, 2039, 2121, 2292, 2441, 2543, 2573, 2693, 2852, 2941, 2953, 3045, 3053, 2123, 3241 und 3906.

IV. Na 1000 złr. Nr. 78, 122, 181, 860, 1385, 1429, 1682, 1807, 2018, 2095, 2226, 2235, 2254, 2267, 2294, 2334, 2352, 2358, 2418, 2695, 3341, 3908, 4461, 4518, 4957, 4963, 5014, 5267, 5293, 5306, 5310, 5331, 5355, 5472, 5670, 5724, 5775, 5843, 6407, 6616, 6636, 7614, 7625, 7642, 7708, 7741, 8190, 8306, 8328, 8372, 8398, 8421, 8422, 8469, 9533 und 9862.

V. Na 5000 złr. Nr. 250, 266, 406, 725 und 866.

VI. Na 10000 złr. Nr. 227, 634 und 932.

Obligacye powyższe w przeciągu 6. miesięcy, od 1. Maja r. b. rachując, za gotówką wymieniać należy.

Wykaz niniejszy niech przejrzą WW. Rządzący kościołów, posiadający Obligacye takie, a spostrzegłszy wygranie niech się zgłaszają z kościelnemi do Konsystorza, a z prywatnemi do Krakowa.

Tarnów 12. Maja 1864.

N. 1003.

Fundationes ab anno 1837, in rem Seminaril Diocesani et Alumnorum pauperum qua Presbyteri e Sem. egredientium.

Quidam sensu misericordiæ, gratitudinis aut pietatis ducti foundationibus in favorem Seminaril aut Presbyterorum neo—ordinatorum, in moribus et scientiis excellentium.. e Seminario egredientium factis, nomen piæ ac dulcis memoriæ posteritati transmisere.

Fundationes ejusmodi celebrantur sequentes 6:

I. Fundatio *Duszyńska* facta jam anno 1837 per p. m. Joannem de Matha Duszyński parochum in Limanowa. Capitale 1000 floner. M. C. ab ipso pro hac fundatione destinatum, elocatum est in fundo publico erga 3 Syngraphas super 1000 floren. M. C., quarum $\frac{4}{100}$ census percipit unus vel duo Neordinatorum cum obligatione, ut pro anima fundatoris et omnium ex ejus familia et cognatione mortuorum animabus 50 Missæ lectæ persolvant

II. Fundatio *Sieminskiana* facta anno 1859, juxta tenorem litt. fundat, orta est sequenti modo: Piæ memoriæ Antonius Siemiński Coop. exp. ad eccles. thaumaturg. B. Mariæ Virginis in Tuchów def. 3. Aprilis 1857 præter alia legata in quota 400 floren., destinavit residuam substantiam pro persolvendis missis restantibus. Confratres defuncti pio sensu erga suum amicum ducti, missas restantes gratis persolverunt, collectam vero ex divendita substantia summam, coëmendis Syngraphis super 140 fl. M. C. destinarunt, quarum census per 7 fl. 10 x. V. A. traduntur uni Neordinatorum cum obligatione, ut 4 missas lectas persolvat pro aa Antonii Siemiński et pro iis, qui penes prænotationem et distributionem stipendiorum missarum ad eccl. B. M. V. in Tuchów fors aliquod detrimentum passi sunt.

III) Fundatio *Borkowskiana* constans e Syngrapha super 100 fl. M. C. facta est anno 1863. per D. Annam Borkowska matrem p. d. defuncti alumni hujatis Seminaril Francisci Borkowski eo fine, ut pro $\frac{5}{100}$ censibus, quotannis in die obitus filii sui (nempe 5. Decembris) in Capella Seminaril Diocesani Tarnoviensi una missa pro anima Francisci Borkowski cantetur.

IV) Fundatio *Laskowskiana* originem debet p. m. Sigismundo Laskowski, Praesidi Fori Nob. Tarnov. qui anno 1852. in testamento suo legatum in summa 350 fl. M. C. Seminario hujati pro fundo sustentationis ejusdem alumnorum fecit.

Primitivum hoc Capitale una cum $\frac{4}{100}$ censibus elocatum est anno 1860. in fundo publico erga Syngrapham super 570 fl. M. C., cujus $\frac{5}{100}$ census juxta tenorem ultimæ dispositionis testatoris, pro sustentatione alumnorum Seminaril Tarnoviensis convertuntur.

V) Fundatio *Rajneriana* complectens 2 Syngraphas super 600 fl. M. C. facta est per p. m. Andream Rajner pensionatum Consiliar. Gubern. Lincensis et Commend. Ord. Francisci Josephi, demortuum 2. Martii 1862. Oeniponti, quondam Canonicum Tarnoviensem, qui ultima sua dispositione summam 500 fl. V. A. in commodum Seminaril Tarnoviensis, qua anteaactus ejusdem Rector legavit. $\frac{5}{100}$ census ex hisce Syngraphis profinentes, impenduntur ad ditandam Bibliothecam Seminaril Diocesani operibus theologicis.

VI) Fundatio facta per p. m. Adalbertum Jagódka defunctum parochum in Niedźwiedz in summa 210 fl. V. A. in favorem presbyterorum e Seminario egredientium, pro qua summa emptæ sunt 2 Syngraphæ super 250 et 1 super 20 fl. M. C.

Obligationes ipsi inhærentes sunt: persolutio tot Missarum per condonatum neo-Presbyterum, quotquot receperit Rhenenses e fundatione hac.

Numerum et tenorem fundationum præcimatorum Ven. Clero communicamus cum appreciatione: utinam plures ejusmodi fundatores collaudationi publicæ sensim subministrari possent., atque hunc in modum jam Provocationi Nostræ ex A. 1835 N. 2131. in Cur. V. ab utraque Potestate procedenti adæquatus effectus vindicetur; jam egestati plurium imo salutis animæ suæ provideatur, fundusq. religionis undequaque discerptus locupletetur.

Tarnoviae die 1. April. 1864.

N. 1146. 1160. 1189. 1219. 1222. 1335+1343. 1344. 1399.

IV. Wykaz składek na cele pobożne.

Ciąg dalszy do kur. IX. r. b.

I) Z Dek. *Czchów*. b. r. na *Wiśnicz*, jeszcze z r. 1863.

II) Z Dek. *Bialsk*. 68 złr. 15 kr. na Missye w Ameryce, Afryce, Ziemi ś. Dzieciństwa Jezusa, Ś. Bonifacego &c. jako to: z *Bestwiny* 3 złr. 10 kr. z *Hałcnowa* 8 złr. z *Komorowic* 2 złr. z *Lipniku* 8 złr. z *Międzybrodzia* 15 złr. między którymi na *Jelnę* 2 złr. 69 kr. z *Pisarzowic* 17 złr. 25 kr. ze *Starejwsi* 8 złr. 30 kr. z *Wielomowic* 6 złr.

III) Od JX. Wawrzyńca *Marchonia* katechety przy szkole dziewcząt w klasztorze Panien Starosandeckich i Promotora ś. Dzieciństwa Jezusa 6 złr. z prośbą, aby Chinczyk na Chrzcie ś. otrzymał imię i nazwisko Jego, a od dziewcząt 16 złr.

IV) Z Dek. *Bobow*. 9 złr. 70 kr. na *Hurko* a to: od JXP. w *Tropiu* 1 złr. a od parafian 4 złr. 15 kr. od JXXPP. w *Cięszkowicach*, *Grybowie* i *Podolu* po 50 kr. ditto w *Bobow*. i *Krużłowy* po 40 kr. ditto w *Korzenny* i *Siedleu* po 35 kr. od JXP. w *Jastrzębi* 30 kr. od JXP. w *Lipnicy* i od X. Wik. w *Grybowie* po 25 kr. od JX. Expoz. w *Ptaszkowej* i JX. Wik. w *Cięszkowicach* po 20 kr. od JXP. w *Mogilnie* 35 kr.

V) Z Dek. *Wielickiego* 5 złr. od JXP. w *Niepołomicach* powtórnie 3 złr. 20 kr. na Missye a od JXP. *Wielicz*. 50 kr. a na rzecz Missyi Ś. Bonifacego od 1szego 1 złr. a od 2go 30 kr.

VI) Z Dek. *Dobczyc*. A) na Węgry z posuchy ucierpiałe a to: z *Wiśniowej* 30 kr. z *Tarnawy* i *Gruszowa* po 60 kr. z *Drogini* 80 kr. z *Zakliczyna* 1 złr. 10 kr. z *Dobczyc* 1 złr. 50 kr. z *Łapanowa* 2 złr. 10 kr. z *Dziekanowic* i *Raciechowic* po 2 złr. 50 kr. z *Trzemesni* 3 złr. 8½ kr. z *Sieprawia* 6 złr. 91½ kr. B) Na różne Missye 41 złr. jako to: a) Ś. *Leopolda* w Ameryce 9 złr. mianowicie: z *Wiśniowy* 20 kr. z *Dobczyc* 33 kr. z *Gruszowa* i *Raciechowic* po 40 kr. z *Tarnawy* 60 kr. z *Dziekanowic* 70 kr. z *Drogini* 80 kr. z *Trzemesni* 1 złr. z *Zakliczyna* 1 złr. 10 kr. z *Łapanowa* 1 złr. 50 kr. z *Sieprawia* 1 złr. 97 kr. b) w Afryce środkowej 9 złr. w tym stosunku jak wyżej. c) dla Stowarzyszenia *Niepokalanego Poczęcia N. M. P. w Turcyi* 8 złr. i to: z

Wiśniowy 20 kr. z *Gruszowa* i *Raciechowiec* po 50 kr. z *Drogini*, *Dziekanowic* i *Tarnawy* po 60 kr. z *Trzemeśni* 1 złr. z *Zakliczyna* 1 złr. 10 kr. *Sieprawia* 1 złr. 40 kr. z *Łapanowa* 1 złr. 50 kr. d) Na rzecz jeneralnego *kommissariatu ziemi Ś.* i przy grobie w *Jeruzalem* 10 złr. mianowicie: z *Wiśniowy* 25 kr. z *Dobczyc* 34 kr. z *Gruszowa* 50 kr. *Drogini*, *Dziekanowic* i *Tarnawy* po 60 kr. *Raciechowiec* 62 kr. *Trzemeśni* 1 złr. z *Zakliczyna* 1 złr. 10 kr. *Łapanowa* 2 złr. z *Sieprawia* 2 złr. 39 kr. e) dla *Stowarzyszenia ś. Bonifacego* w Niemczech 5 złr. a to: z *Wiśniowy* 10 kr. *Gruszowa* i *Tarnawy* po 20 kr. *Raciechowiec* 30 kr. *Drogini* i *Dziekanowic* po 40 kr. *Trzemeśni* 91½ kr. *Łapanowa* 1 złr. 10 kr. *Sieprawia* 1 złr. 38½ kr.

VII) Z Dek. *Oświęcimskiego* 174 złr. 20 kr. na *Missye* w *Ameryce*, *Afryce*, *Palestynie*, w *Turcyi* i w *Chinach*, *Indyach* na rzecz *Stowarzyszenia ś. Dzieciństwa Jezua* w równych częściach po 34 złr. 84 kr. Na tę sumę złożyły się: *Grojec* 3 złr. 62½ kr. *Gierakówice* w 4 złr. 70 kr. *Bulowice* i *Osiek* w 5 złr. *Witkowice* w 5 złr. 70 kr. *Głębowice* w 7 złr. 32 kr. *Włosienica* 8 złr. 45 kr. *Bielany* i *Czaniec* w 10 złr. *Kenty* 10 złr. 80 kr. *Poreba* w 10 złr. 60 kr. *Piotrowice* 11, z nich 3 na ś. D. J. *Przeciszów* 14 złr. *Zator* 14 złr. 50 kr. z nich 6. złr. na ś. D. J. *Polanka* 16 złr. *Oświęcim* 20 złr. z tych 6 na ś. D. J.

VIII) Z Dek. *Myslenic*. 24 złr. na *Missye*, jako to: Z *Bieńkówki* 8 złr. 67 kr. na *Missye* przy grobie *Pańskim* i w *Chinach*, z *Lanckrony* 1 złr. 19 kr. na *Missye* w *Ameryce*; ze *Sułkowic* na *Missye* w *Ameryce* 6 złr. 14 kr. w *Afryce* 8 złr. z reszty miejsc tegoż *Dekanatu* oczekuje się.

Niech wszyscy, którzy datkami pomagają drugim w innych krajach otwierać *Królestwo Boże* na tej ziemi, znajdą dla siebie *Królestwo Niebieskie* otwarte za grobem.

Tarnów 28. kw. 1865.

CASUS LITURGICI

Altaria fixa vel portatilia quando denuo consecranda sunt.?

E libello: SS. RR. Congreg. Decreta authentica.

1. *Si amotus sit lapis altaris fixi.* 2. *Si apertus fuerit tumulus altaris portatilis.* 3. *Si violetur sepulchrum reliquiarum.* 4. *An si alio transferatur titulus altaris.* 5. *Si amittatur sepulchrum reliquiarum, vel fractum sit sigillum.*

1. Demissa nimis facies *Aræ maximæ Cathedralis ecclesiæ Senogallien.*, in altiore formam reducta nuper cum fuerit, superiorem lapidem altaris ejusdem mensam efformantem a suo stipite amovere necessario oportuit; constat autem altare illud ad modum *fixi* fuisse consecratum cum sigillis, atque unctionibus mensam inter, et stipitem; hinc diversa canonicorum studia quoad necessitatem illud iterum consecrandi. Eapropter a *S. R. C.* petitum responderi: Utrum, amota mensa ab altari ad modum *fixi*, et non portatilis consecrati, necessario nova indigeat consecratione?

Et *S. R. C.* in casu de quo agitur, altare denuo consecrandum esse decrevit. *Die 15 maji 1819 in Senogallien: (4412.)*

2. *Episcopus Bambergens.* exposuit ut infra, videlicet: *Episcopus* dono accepit *Altare*

quoddam portatile cum authentico quidem testimonio consecrationis ab Episcopo quondam Magdeburgensi eidem facto: quia tamen illud notabili temporis intervallo sub manibus A catholicorum extiterat; timens memoratus Episcopus, ne aliquod forte inconveniens, maxime quoad Reliquias sacras mutatas, vel falsatas contigerit; securitatis non curiositatis causa, lignum, quo lapis incrustatus fuerat, amovit, et subtus cavitatem animadvertens, eam etiam aperuit, et Reliquias impositas extraxit, lustravitque, atque authenticas repertas, denuo composuit, loculumque, ut prius oclusit. Dubitatur nunc: An per tam cautam et necessariam apositionem, Altare illud consecrationis sanctitatem veterem amiserit, et nova indigeat? — Propterea, relato praedicto dubio SSmo Dno. Nostro porrecto et S. R. C. remisso: An praedictum Altare portatile execratum sit, et ad novam ejusdem Consecrationem deveniri debeat?

Eadem S. C. respondit: Quatenus Episcopus celebraverit in supradicto Altari, non indigere alia consecratione. *Die 14. martii 1693. in Bambergem. (3156.)*

3. Quomodo revendissimus hodiernus Constant. Episcopus S. R. C. sequens dubium enodandum proposuerit, nimirum: An altaria sive portatilia sive non, suam amittant consecrationem per fractionem tumuli, in quo reconduntur sacrae reliquiae, et earundem amissionem?

EE. PP. sacris tuendis ritibus praepositi... rescribendum censuerunt: Detur decretum "Nullius,, diei 23. martii 1686, in quo prescribitur: Altaria, de quibus supra, consecrari debere. *Die 23. maii 1835, in Costantien. (4590.)*

4. Cum in nova constructione Ecclesiae Cathedralis Brixinen., Imagines et Tituli Altarium antiquitus consecratorum translati fuerint de uno loco ad alium, non amota tamen a primævo loco mensa jam consecrata, quaesitum fuit a capitulo, et canonicis Ecclesiae: An altaria, a quibus alio translati fuerint Tituli et Imagines, remanente tamen mensa consecrata, nova indigent consecratione?

Et S. R. C. ad relationem mei infrascripti Secretarii, respondit: Eadem Altaria non indigere nova consecratione, cum Altaria non Sanctis, sed Deo in honorem SSrum dedicentur. *Die 7. julii 1759. in Brixinen. (4127.)*

5. Utrum Altaria portatilia suam consecrationem amiserint, amittendo Sanctorum Reliquias ibidem reconditas? Resp.: Affirmative.

Utrum sufficiat, absque nova consecratione, in illis tumulare alias Reliquias authenticas?

Resp.: Negative, et esse denuo consecranda. *Die 7. decembris 1844, ad 1, 2, in Sancti Flori. (4851.)*

Altare portatile, cujus sepulchrum, aliis remanentibus consecrationis vestigiis, invenitur Sacris Reliquiis vacuum, reputarine debet ita penitus consecrationem suam amisisse, ut aliis repositis in sepulchro Reliquiis, eo uti non liceat?

Resp.: Juxta alias decreta indigere nova Consecratione.

Quid si deleto tantum Episcopali sigillo super sepulchrum hispanica cera impresso, obseratæ tamen inveniantur Sacrae Reliquiae?

Resp.: Ut ad proximum, quia non constaret de Reliquiarum indentitate et authenticitate.

Quid agendum a sacerdote, qui Reliquiarum amissione recognita, alio indiget Altare ad sacra facienda?

Resp.: Recurrendum ad Episcopum, ut ab illo provideatur de novo Altare portatili. *Die 23. maii 1846, ad 1, 2, 3, in Cadurcen. (4891.)*

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 9. Juni 1864.

JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.